

10  
G.N. 173. x 197 5237

III, 435 V. 2. d. 1  
I. N. I.

Ve  
1904

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**DOCUMENTORVM**  
**RECOGNITIONE**

QVAM  
DEO DVCE

occasione

Tit. XXV. Ordinat. Proc. Elector. Saxon.

EX

DECRETO ET AVTORITATE INCLYTE FACVLTA-  
TIS IVRIDICÆ IN ACADEMIA IENENSI

SVB PRÆSIDIO

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII**

ICTI FAMIGERATISSIMI

SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS

CONSILIARII STATUS INTIMI

CVRIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATVS

NEC NON FACVLTATIS IVRIDICÆ ASSESSORIS

VT ET PROFESSORIS PANDECTARVM ORDINARIII

COLLEGII IVRIDICI h. t. DECANI

*Domini atque Patroni sui submissee venerandi*

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Iure honores & privilegia doctoralia  
consequendi

Die XXV Novembr. 1699. solenni disquisitioni submittit

**CHRISTIANVS Schmidt / Vinarienst.**

in Aula Ducali Saxo-Vinar. Advocat. Ordin.

**IN AVDITORIO ICTORVM**

horis ante - & pomeridianis.

**LITTERIS MULLERIANIS.**









Witt.

<sup>A</sup>  
SON ALTESSE SERENISSIME

Monseigneur

GUILLAUME  
ERNST

DUC de SAXE,

de Juliers, de Cleves, de Monts,  
d'Angarie & de Vestphalie,  
Landgrave de Thuringe,  
Margrave de Misnie, Comte-  
Prince de Henneberg, Comte  
de la Marc & de Ravensberg,  
Seigneur de Ravenstein.

2970730





2011  
Monseigneur,

Monseigneur

GUILLEAUME

ERNST

DUC de SAXE

de Juliers de Cleves de Monts  
d'Autriche & de Vespahalie  
Landgrave de Thuringe

Margrave de Milin



A pluspart des Doctes approu-  
vent la coutume, que les  
Ecrivains de notre tems ont  
introduit, de dedier leurs  
oeuvres



oeuvres aux grands personnages, Et nous savons, que les François observent cette contùme comme une loy inviolable en dediant leurs premiers livres au Roi.

Pour moi, Monseigneur, je ne fais pas par contùme de proposer le nom de Vòtre Altesse Serenissime à cette Dispute; mais par devoir, comme aussi par les obligations, auxquelles je suis engagé de la nature. Car je me souviens, qu'un frere de mon Père a eu par cidevant l'honneur, d'être Conseiller Et toute sa vie serviteur très-fidele de Vòtre Altesse Serenissime, Et mon Père jouit maintenant de Vòtre Clemence Et de Vòtre protection. Outre cela Dieu m'a fait naître dans le lieu de Vòtre Residence, Et par consequent d'être un sujet par la naissance; mais je sai aussi fort bien, que je suis un sujet d'un Prince, qui est le plus vertueux Et le plus prudent.

Monseigneur, la pieté, la justice, la clemence Et autres vertus, que Vous possedés



sedés parfaitement, ont attiré les coeurs de  
tous Vos sujets, & Vòtre Cour illustre, le sage  
gouvernement, Vos excellents Ministres  
marquent Vòtre prudence.

Ainsi animé de tant de grands motifs j'  
ai entrepris d'offrir ce traité à Vòtre Altesse  
Serenissime, esperant, qu'il sera regardé d'un  
oeil favorable, comme aussi celui, qui est  
avec très profond respect

**Monseigneur,**

**De Vòtre Altesse Serenissime**

*le très-humble, très-obéissant & très-fidèle  
Serviteur & Sujet*

**Chrétien Schmidt,**





# P R Æ F A T I O

## ad Lectorem.



Xigunt, Lector honoratissime, statuta illustris Facultatis  
 juridicæ in Academia nostra Sa-  
 lana, ut honorum doctoralium  
 Candidati Dissertationem juridi-  
 cam, quam inauguralem vocare  
 solemus, conscribant, eamque  
 simul publicæ ac solenni disqui-  
 sitioni submittant. Hunc in finem præsentem Dispu-  
 tationem, quæ agit **DE DOCUMENTORVM**  
**RECOGNITIONE**, composui, & quidem quæ  
 in variis Jctorum scriptis, probatæ tamen, in foro  
 præsertim, autoritatis, hinc inde sparsa erant, in justum  
 ordinem redegei atque præsens systema inde concinna-  
 vi. Pertractavi nempe hanc materiam, tum quoad



- 1. *Nomen*, ratione etymologiae, synonymiae & homonymiae, quod attinet tum *recognitionis* tum *documentorum* vocabulum.
- 2. *Rem* ipsam: & hanc iterum vel
  - 1. *in genere* & quidem tam
    - 1. *in definitione*.
    - 2. *in divisione*.
  - 2. *in specie*: spectata partim in
    - 1. *Consentaneis*
      - 1. *Causis*
        - 1. *externis*
          - 1. *efficiente*
          - 2. *finali*.
        - 2. *internis* nimirum
          - 1. *materiali*, eaque
            - 1. *subjectiva*,
            - 2. *objectiva*.
          - 2. *formali*.
        - 2. *Effectibus*.
      - 2. *Dissentaneis*.

Jam nihil reliquum est, quam ut petam, ut Tu, Lector amice, huncce laborem benevole accipias, ac modeste de eo sentias. Vale & fave.

CAP. I.



# CAPVT I.

agit

## De Definitione, tum verbali tum reali, ut & divisione Recognitionis documentorum.

### §. I.



Vm de origine documen-  
torum siue instrumentorum sa-  
tis curiose egerit Rutger Rulan-  
dus in *Tr. de Commissariis. P. II.*  
*lib. 5. c. 1. n. 1.* ac in genere de tota  
instrumentorum materia agere in-  
stituti praesentis non sit, haud im-

merito hoc praetermitto, ac statim me conuerto ad ipsam  
documentorum recognitionem, progrediendo ad nomi-  
num evolutionem: Verba enim rebus inservire de-  
bent. §. 3. *J. de donat.* Dicitur itaque *documentum* a  
*docendo*, quod instrumentum literis conscriptum quid  
in illo contineatur doceat. Ruland. *d. l. n. 10.* & formatur  
a praeterito *docui*, verbi *doceo*, sicuti *monumentum*,  
a praeterito *monui*. Calvinus in *Lexic. Jur.* voce *docu-*  
*mentum*. Invenitur hoc verbum non tantum in ipsis  
Juriam textibus, ut in *Auth. si quis. C. de edend. Auth.*  
*si quis vult. C. qui potior. in pignor. hab. in l. 2. C. ubi de*  
*ratiocin. l. vlt. C. de probat. l. 31. C. de testament. l. 29. C. de*

Recogni-  
tio docu-  
mentor.  
spectatur  
in  
1. nominis  
1. constitu-  
endi Ety-  
mologia.

A

do.





donat. l. 3. in pr. C. de jure domin. impetr. in Nov. 44. præfat. ut & in Recessibus Imperii, nec non in Corpore Juris Saxonici pluries; sed etiam in aliis probati sermonis scriptoribus, veluti apud Salustium in bello Catilin. ib. quarum rerum ego maxime hæc documenta habui. Verbum vero Recognoscere hæud dubie derivatur a propositione re, rursus, & cognoscere, quod iterum ex con & noscere, mutata litera n. in g. ut fiat vox consonantior, componitur.

§. II.

2. consti-  
tuti 1. Sy  
nonymia

Vocabulum *documenti* plura habet synonyma: Dicuntur documenta alias *instrumenta*, vid. Bartol. ad l. 1. C. de jurejur. propter Calumn. Sichard ad eand. l. n. 9. & 10. Brunnem. ad l. 1. ff. de fide instr. n. 1. item *Scripture*. vid. l. 11. C. qui potior. in pignor. hab. c. 1. X. de fide instr. c. 13. eod. nec non *Scripta*. c. 2. d. t. vocantur quoque *Litere*. l. 1. C. de jurej. propter calum. Sed fuse satis Ruland. d. c. 1. demonstrat, huic materiæ nullum verbum melius quam *documentum* convenire. Verbum *recognoscere* econtrario, accurate loquendo, nulla habet synonyma in eo sensu, quo nos hoc vocabulum accipimus.

§. III.

2. homo-  
nymia.

De homonymia vocis *documenti* monendum est, id accipi 1) in genere pro omni, per quod aliquid docere possum, Calvin. in Lexic. voc. *documentum*. sicuti quoque per *instrumenta* intelligi possunt ea omnia quibus causa instruitur, ut non solum testimonia, instrumen-  
ta



ta tam publica quam privata, sed etiam testes sub se comprehendant. Paulus in l. 1. ff. de fide instrum. c. 4. X. de testib. cog. vid. Brisson. in Lexic. Jur. voce instrumentum. Ruland. d. c. 1. n. 5. Wesenb. ibique Habn. tit. de fide instr. n. 1. 2) strictè & proprie pro qualibet scriptura quæ fidem rei, quam continet, judici facit & causam instruit. Dessel. tit. X. de fide instr. qu. 1. Wesenb. d. n. 1. & sic etiam documentis vel instrumentis appellatione privatæ scripturæ continentur, ut patet ex l. 5. C. de probat. l. 17. C. de fide instr. l. 11. C. qui potior. in pign. 1) quia sub instrumenti nomine tanquam sub genere continentur publica & privata, tanquam species. vid. Goedd. ad l. 99. §. fin. ff. de V. S. 2) quia quicquid in causa instruit, est instrumentum: l. 1. ff. de fide instr. sed privata scriptura potest in causa aliqua instruere, E. est instrumentum. vid. Sichard. ad l. 1. C. de jurejur. propter calum. n. 10. Berlich. P. 1. concl. 43. n. 6. Carpz. P. 1. Const. 17. def. 3. n. 4. Ludvvell. ad Wes. t. de fid. instr. n. 1. & in cap. 10. X. de fide instr. expresse ad verbum instrumentum additur publicum. Dissentit Glossa in d. l. 1. C. 3) sumitur strictissime a) pro documento literario publico. l. 1. C. de jurejur. propter calumn. ubi Imperator a literis instrumenta separat; & ipse Cicero scripturas privatas vocat literas; publicas appellat instrumenta. Add. Wesenb. d. n. 1. Lauterb. comp. jur. tit. de fide instr. p. m. 425. b) pro instrumento fundi in tit. ff. de instructo vel instrumento legato: Instrumenta quippe fundi dicuntur esse ea, quæ fructus quærendi, cogendi, conservandique gratia parata sunt, ut non solum homines, sed etiam pecora aliaque sub se



comprehendat. l. 8. d. t. Recognoscere autem ponitur saepe pro *revocare ad memoriam*, vel etiam *agnoscere*. Sic Cicero ad Brutum: *verba tua recognosce & aude negare servientis adversus Regem esse preces*. Accipitur quoque nonnunquam pro *revidere*. Sveton. in Octavio August. *Equitum turmas frequenter recognovit*: Adhibetur etiam, cum opus compositum emendandi, limandi aut reprehendendi gratia revidemus. Cic. in Vatin. *In codice non recitandi causa sed recognoscendi legit* Proprie nobis significat *relegere* quidpiam & id approbare vid. l. 56. pr. de V. S. l. 4. ff. quemadm. testam. aperiantur l. 5. ff. famil. herisc. licet quis non ipse prius, sed alius ejus voluntate documentum scripsit, ut patet ex l. 1. § 8. ff. de lege Cornel. de falsis. In jure Feudali denotat aliquem pro Domino directo in feudo agnoscere. vid. II. F. 17.

§. IV.

3. re ipsa  
1. in genere  
per  
1. definitio  
nem

Hæc sunt de nomine: sequitur de recognitionis definitione: Est autem documentorum recognitio *actus judicialis*, quo *producti instrumenti & eorum, que in eo continentur, fit agnitio*. Vid. Magnif. Dn. Sverdend. ad Fibig. Proc. p. 1. c. 2. membr. 3. §. 16. p. m. 682.

§. V.

2. divisio-  
nem

Dividitur Recognitio a Practicis in  
 { 1. *Qualificatam*, quæ dicitur quando præcedit Documentorum editio, fitque vel  
 { 1. *a parte adversaria tum*  
 { 1. *sponte*  
 { 2. *mediante* judicis sententia

a

b

2. A



WTTA

a b

- 2. a tertio & vel per
  - 1. requisitoriales
  - 2. compulsoriales.
- 2. *Simplicem*, ubi pars adversa instrumentum ad recognoscendum producit. vid. Dn. Svendend. d. l. pag. 683.

§. VI.

Vsu fori introducta est alia divisio a forma: est enim recognitio instrumentorum porro vel *Generalis* vel *Specialis*; Generalis est, ubi documenta pro illis, pro quibus ab adversa parte sunt producta, recognoscuntur, & hæc generalis recognitio a Serenissimo Saxonie Electore in *Ord. Proc. Tit. XXV. §. deßgleichen wenn der* itemque a Pio quondam Saxonum Principe, Ernesto, in *der Goth. Proc. Ordn. P. 1. c. 10. §. 28.* approbata est; Specialis dicitur, ubi non tantum ea, quæ in instrumentis continentur, pro tali tenore, qui a producente allegatur, agnoscuntur, sed etiam in specie locus, annus & dies, quo confecta sunt, adjicitur. Formulam utriusque suppeditat Dn. Svend. d. l. p. 682. seq. & iisdem verbis repetit Excell. Dn. Martini in *Comment. forens. in Ord. Proc. Sax. Tit. XXV. §. 2. n.*

80. § 81.

A 3

CAPVT II.





## CAPVT II.

tractat

*De Causis externis, efficiente  
& finali, nec non internis, speciatim de  
subjecto.*

## §. I.

2. in specie  
in1. Consen-  
taneis

1. Causis

1. Externis

1. efficiente

1. proxima

2. remota

EXposita definitione nominali & reali, ad causas & effectus recognitionis documentorum progrediemur. Primo autem consideraturi erimus *causam efficientem*, quæ est vel proxima vel remota. Causa efficiens *proxima* est iudex, qui arbitrabitur, quando illa injungenda sit; *remota* vero ab initio fuit consuetudo, deinde jus scriptum. Videlicet documentorum recognitionis consuetudine magis (vid. Ruland. *de Commiss. p. II. lib. 1. c. 39. n. 1.*) quam iuris communis civilis dispositione introducta est. Vid. B. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 10.* Hanc consuetudinem deinde Electoris Saxonie sanctio, vid. *Ord. Proc. Sax. Tit. XXV. §. weil es auch.* add. Carpz. *Decis. Illustr. Sax. 233. n. 4. §. seq.* & Recessus Imperii *de Anno 1654.* expresse comprobarunt, & sic quoque ea in Camera est recepta.

## §. II.

2. finali.

*Finis* documentorum recognitionis primarius est, ut extorqueatur confessio scribentis. *arg. l. 25. §. fin. ff. de probat.* Carpz. *Lib. III. Resp. 81. n. 17.* Deinde ne producens falsa instrumenta, adulterina sigilla, fictitiasque  
sub.



§. ( 7 ) §.

subscriptioes sub alterius nomine supponat, indeque  
lucrum cum alterius jactura reportet. *arg. tit. XXV. Ord.  
Proc. Sax.* vid. Dn. Martini *ad rubr. d. t. n. 2;* & Philip-  
pi *ad Decif. Elect. II. obs. 6. n. 5.* Facile enim sigillum sur-  
ripi & figura literarum callide mutari potest. Christoph.  
Lange *in Isagog. ad Proc. cap. 50. n. 53.* add. Carpz. *P. 1.  
c. 17. def. 12. ibique Gosvvin ab Esbach. qui exempla ad-  
ducit.*

§. III.

Causæ internæ sunt Materia & Forma. *Materia*  
iterum dispescitur in subjectum & objectum: *Subje-*  
*ctum* absolvunt personæ, quæ recognoscunt. Quilibet  
vero documenta contra se producta recognoscere te-  
netur, quod assertum per textus juris, tam communis  
quam saxonici, & Doctorum tradita firmat Joh. Georg.  
Nicolai *in Proc. Part. 1. c. 53. n. 3,* Nec solum Reus, sed  
& Actor ad hoc obligatus est. Lange *in Isag. ad Proc.  
c. 50. n. 6.* Dicitur autem is, qui in processu ordinario  
ad recognoscendum adigitur, a Practicis *Product,* &  
alter, qui recognitionem petit ac urget, *Producent:*

*internus:  
1. materia  
1. subjecti.  
va.*

§. IV.

Recognoscit *Productus* documenta vel ipse, vel  
per alium. Quando ipse hoc facit, quæstio moveri pot-  
est, an ab ignaro literarum Recognitio fieri queat?  
Quod communiter DD. concedant, si nomine ipsius  
ab alio confectum & scriptum sit documentum atque  
sic in foro obtinere testatur Carpz. *in Proc. tit. XIV. art.  
2. n. 67. seqq.* add. Eund. *P. III. Dec. 233.* Re usanti id  
per sententiam injungitur. vid. Dn. Svendend. *ad Fib.  
Proc. P. 1. c. 2. n. 3. §. 16. p. 672.*

§. V.



In primis vero sciendum est, omnes regulariter posse documenta recognoscere, qui contrahendo se obligare vel remittendo alios liberare possunt, nisi natura impediantur, vel jure prohibeantur. Natura impediuntur, qui consentire non possunt, ut (1) infantes §. 9. *I. de inutil. stip. l. 14. ff. de sponsal.* Beatus Dn. Struvius *Ex. VI. ad ff. th. 39.* (2) furiosi. *vid. §. 8. I. d. t. l. 5. l. 40. l. 124. §. 1. ff. de R. I. Struv. d. l. th. 37.* (3) mente capti, nihil enim intelligere censentur. *vid. §. 4. I. de Curat. l. 25. C. de Nupt. Struv. d. th. 37.* (4) summe ebrii: *c. 7. qu. 1. Caus. XV. Struv. d. th. 37. vid. Ruland. d. L. 5. c. 27. n. 13. Berlich. P. 1. concl. 44. n. 14.* Lege prohibentur, qui rebus suis bene superesse sibi que plene aut perfecte consulere nequeunt, in quorum numero sunt 1) prodigi, quibus scil. decreto Magistratus administratio bonorum adempta est. *vid. Struv. ibid. th. 38.* 2) Pupilli infantia majores sine tutoris auctoritate *pr. I. de auctor. tutor. qui ex hac recognitione civiliter non obligantur. arg. l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. ff. de O. & A. Struv. th. 39.* 3) Minores, quoniam personam standi in judicio sine curatore non habent. *vid. §. 2. l. de curat. l. 2. & 3. C. qui habent legit. person. stand. in jud. maxime hodie, ubi vix absque curatore relinquuntur, sed invitis ipsis curatores dantur. vid. Perillustr. Dn. de Lyncker in Anal. ad Inst. t. de Curat. p. 65. in m. Struv. Exerc. XXXI. th. 7.* 4) Servi, tum ex generali causa defectus obligationis, *Struv. Ex. VI. th. 41.* tum etiam, quia personam in judicio standi non habent. *l. 107. de R. 7. Struv. Ex. IX. th. 5.* Jure civili Fœminæ quidem possunt re-

cogno-



§ (9) §

cognoscere pro se, non pro aliis. *arg. l. 4. & l. 18. C. de procurat. l. 1 §. 5. ff. eod. l. 2. ff. de R. J.* In Saxonia tamen 5) fæminæ lege prohibentur, hæ enim sive sint uxores, sive viduæ vel virgines, seu majorenes, seu minorenes, sive actrices, sive reæ, in judiciis omnes omnino curatore opus habent. *Landr. lib. 1. art. 43. & seq. P. II. Const. El. 15. Tit. IIX. O.P.S. ibique Excell. Dn. Martini. Carpz. tit. V. in Proc. art. 3. n. 48. seqq. fuse Nicolai in Resolut. Casuum jur. dub. Cas. XV. add. Struv. Ex. XXXI. th. 94. 6) filiusfam. certa ratione. vid. infr. §. 8. & sic etiam 7) pater nomine filii. vid. §. 9. 8) Universitates, nisi per Syndicum, arg. eorum, quæ tradit Struv. Ex. VII. th. 39. De singulis separatim agemus.*

§ VI.

Loco igitur pupillorum tutores, loco furiosorum, mente captorum, prodigorum, minorum curatores, fæminæ autem majorenes in Saxonia cum Curatoribus, ebrii post crapulam vel ipsi vel per alios cognoscere possunt & universitates per Syndicos. Tutores nomine pupillorum suorum. *arg. l. 6. ff. de administr. tutel. ut & Curatores nomine minorum, vi tutoriorum vel curatoriorum, quibus a Magistratu tutela vel cura ipsis demandata est, cognoscunt. vid. Carpz. P. 1. c. 17. def. 18. n. 5. seq. & in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 93. Sunt enim administratores rerum. t. t. ff. & C. de administr. & pericul. tut. vel curat. & loco domini l. 27. ff. d. t. l. 56. §. 4. de furt. ibique Gothofr. l. 14. §. 1. ff. de acq. vel amitt. possess. & ideo possunt ea peragere, quæ alias mandatum speciale desiderant. vid. Magnif. Dn. Svend. ad Fib. Proc. p. 720. add. Dn. Rivini Specimen Except. for. c. VII.*

B

n. 26.





n. 26. Dn. Martini *ad* §. 2. tit. XXV. Ord. Proc. Sax.  
n. 16.

§. VII.

Recognitio documentorum a curatore mulieris ad litem in Saxonia non potest fieri, ob rationes traditas a Carpz. *P. II. c. 15. def. 38.* & si facta sit, non valet, sed fieri debet una cum muliere praesente, vel ab Actore a muliere ejusque curatore simul constituto: & quidem mulier ipsa cum curatore actorum subscribat necesse est. Vid. Dn. Svend. *ad Fib. p. 198. n. 120. & p. 720.* Beat. D. Ziegler. *ad Tit. XXV. O. P. S. verb. durch seinen Mandatarium. p. 158.* & sic esse pronunciatum adducit Ziegler *d. l.* ut & Dn. Rivinus *d. tr. c. VII. n. 26.* Aliud est statuendum de Actore a tutore vel curatore pupilli vel minoris constituto, hic enim, si speciale mandatum ad recognoscendum, licet a pupillo vel minore non simul subscriptum, habeat, potest recognoscere. Ratio diversitatis est, quia tutores & curatores sunt administratores & domini rerum, uti *supra* §. 6. demonstratum est, vid. Dn. Martini *ad* §. 2 *d. t. O. P. n. 19.* Curator mulieris vero nullam habet administrationem, sed tantum consilio suo curandae assistit. Struv. *in Jpr. for. l. 1. t. 28. §. 3.*

§. IIX.

Filiusfam. in iis casibus, ubi iudicium vel agendo, vel ut reus suscipere potest, etiam per necessariam consequentiam recognoscere documenta potest. Casus autem hi a B. Struvio *Ex. IX. tb. 6.* distincte traduntur, qui in tabula sequenti, paucis adjectis, exhibentur. Nimirum Filiusfam. aut

1. Con-



§§ ( H ) §§

1. *Convenitur, & quidem vel actione*

1. *personali & iudicium suscipere ac contra ipsum, sententia ferri potest. l. 39. de O. & A. l. 57. de iudic. l. 3. §. 4. de minor. ita tamen, ut res iudicata executioni demum mandetur, si fuerit factus paterf. vel adsit peculium: in spiritua- libus quoque causis sine patris assensu lites sus- cipere potest. c. 3. de iudic. in 6to.*

2. *reali, tum ratione peculii*

1. *pagani*

1. *adventitii*

1. *ordinarii, & iudicium suscipere nequit, sed pater cum consensu filii l. ult. §. 3. C. de bon. que lib. Si vero pater absens sit, filius præstita cautione de rato litem tractare potest. arg. l. 22. §. 4. solut. matr. Bocer. class. VI. D. 5. th. 18. seq.*

2. *extraordinarii, & filius litem suscipit, cum consensu tamen patris.*

2. *profectitii, tunc iudicium non potest susci- pere, sed pater omnes loco ejus tractat lites.*

2. *militaris, & ipse filius tanquam paterf. conve- nitur.*

2. *Agit, & quidem iterum de peculio aut*

1. *pagano*

1. *adventitio*

1. *ordinario & tunc non ipse, sed pater cum consensu filii agit, & si hic minor, vel ab- sens sit, sine ejus consensu: sin autem pater furiosus vel absens sit, præstita cau-*

A b c

B 2

tio-



a b c

|| tione de rato filius litigat.  
 || { 2. *extraordinario* : filius cum consensu patris agit.  
 || { 2. *profectitio* : & solus pater agit,  
 || { 2. *militari*, & invito patre agere potest, etiam contra  
 patrem, quoniam ille ratione horum bonorum,  
 pro patrefam. habetur.

§. IX.

Quid autem dicendum est de patre in iudicio nomine filii comparente & recognoscere volente? Distinguendum esse puto, aut filius est emancipatus, aut adhuc in patris potestate constitutus: priori casu non potest. *l. 10. ff. de transact.* nisi filius adhuc sit minor & pater ejus sit curator; posteriori casu iterum, ut jam de filio adductum est, inter bona est distinguendum. Videlicet si lis est de bonis militaribus, pater quoad illa nullum habet jus. *l. 18. §. 1. ff. de castrens. pecul.* sed filius loco patrisfam. est. *l. 6. §. 13. ff. de injust. rupt. & irrit.* & ideo recognoscere pater nequit. Quoad adventitia distinguendum est inter regularia & irregularia, in his recognoscere nequit, bene tamen in illis, si filius consentiat. *arg. l. 8. §. 3. C. de bon. qua liber.*

§. X.

Universitates per Syndicos litigare dictum est, hinc in iudicio per Syndicos documenta recognoscunt. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 96.* Dn. Svend. *ad Fib. p. 720.* Sunt enim hi curatores negotiorum civitatis. Vid. Jctum celeberrimum, Mevium *p. II. dec. 35. n. 1.* Qui propterea etiam ad hunc actum præjudicialem speciali mandato, ut procuratores privatorum, instructi esse debent. vid. Dn.



## § ( 13 ) §

Dn. Martini *ad saepe citat.* §. 2. tit. XXV. O. P. S. n. 8. Fun-  
guntur namque partibus Procuratorum. Mev. p. III.  
dec. 54. n. 4.

## §. XI.

Posse aliquem per alium, Procuratorem nempe,  
recognoscere, satis constat. O. P. S. t. XXV. §. weil es  
auch ic. verb. oder durch seinen Mandatarium. Goth.  
Pr. Ordn. p. 1. c. 10. §. 27. Carpz. p. 1. C. 17. def. 18. & in  
Proc. tit. XIV. art. 2. n. 91. Berlich. p. 1. concl. 44. n. 17.  
Mevius p. VI. dec. 20. n. 3. Fibig. edit. Svend. d. l. p. 720.  
n. 3. Quod enim quis per alium facit, ipse fecisse pu-  
tatur. arg. l. 169. pr. ff. de R. I. cap. 72. de R. I. in 6to. Et in-  
super recognitio non est justa causa comparitionem  
personalem in judicio alicui injungendi. vid. Mev. p.  
VI. dec. 20.

## §. XII.

De Procuratore probe notandum, an sit Procu-  
rator in rem suam, & tunc indistincte pro arbitrio re-  
cognoscere potest documenta. arg. l. 17. §. ult. ff. de in-  
rejur. ubi dicitur, quod possit juramentum deferre,  
ergo ob rationis identitatem etiam recognoscere non  
prohibetur: an vero sit in rem alienam, tunc enim  
requiritur, ut speciale ad actum recognitionis docu-  
mentorum habeat mandatum. Goth. Pr. Ordn. p. 1. c.  
10. §. 27. Carpz. p. 1. Const. 17. def. 18. n. 4. & d. Const. def.  
43. Idem dec. 237. n. 2. & proc. tit. XIV. art. 2. n. 96.  
Berlich. p. 1. concl. 44. n. 18. Finckelth. obs. 110. n. 24. Brun-  
nem. ad l. 15. ff. de reb. aut. jud. poss. n. 9. Mev. P. VI. dec.  
20. alias non admittitur. Carpz. in Proc. tit. V. art. 2. n.  
29. & L. III. Resp. 11. n. 16. item dec. 206. n. 1. seq. quoniam



recognitio documentorum est actus magni præjudicii. Carpz. dec. 235. n. 1. § Lib. III. Resp. 80. n. 1. Mey. P. IV. Dec. 147. n. 8. præjudicat enim Procurator principali suo per recognitionem. Berlich. d. concl. n. 20. Sufficiens tamen haud est mandatum, quod Procuratori datum est ad procedendum super documentis. vid. Dn. Svendend. ad Fib. d. l. p. m. 722. in m. Hoc quoque considerandum, quod Procurator, qui copias loco originalium instrumentorum recognoscere vult, ad id speciale mandatum habere debeat. Dn. Svendend. ad Fib. p. l. c. 2. m. 3. §. 6. p. 229. seq. §. 16. p. 721. Insufficiens mandatum habenti obstat exceptio illegitimationis a producente sequenti modo proponenda.

### Producent

Kan mit der vom Beßl. Mandatario gescheneen recognition keinesweges zu frieden seyn. Inmaßen be-  
 standen Rechtens / daß die recognition der briefflichen  
 Urkunden eine speciale Vollmacht erfordert / beschul-  
 diget dannenhero Beßl. Ungehorsams / und bittet selbigen  
 anderweit zur recognition der sub A. & B. producirten do-  
 cumenten gebührend citiren zulassen. Et tunc commu-  
 niter pronunciat : Daß Beßl. auf vorhergehende  
 anderweitige Ladung sich gebührend zu legitimiren und  
 ermeldete documenta sub A. & B. zu recognosciren schul-  
 dig. B. R. W.

Deinde notandum est, quod si Procurator manus &  
 sigilla Principalis non habeat cognita, tempus aliquod  
 petere possit, ut referat Principali, & quid in hac re  
 sibi



sibi faciendum sit, ab eo quærat, ne scil. per hoc domino præjudicium generetur. Vide post Rulandum, *tr. de commiss. P. II. lib. 5. c. 39. n. 18.* Berlich, *P. I. concl. 44. n. 19.*

§. XIII.

Si quando contingat, ut bona sint vacantia, veluti debitore mortuo, nulloque ei existente herede, aut per fugam absente, curator bonorum constitui solet, qui hereditatem defendit, bona administrat & documenta creditorum recognoscit. vid. *Mev. ad Jus Lub. l. III. tit. 1. art. 11. n. 7.* Anton. Faber, *Præses ille Senatus Sabaudia in Cod. lib. IV. tit. 7. def. 13. n. 8.* Quin & ille debitor, qui literas moratorias cum suspensione omnium Processuum impetravit, scripturam contra se productam recognoscere tenetur, licet differatur executio. *Lange in Isag. ad Proc. cap. 50. n. 9.* Præterea & is, qui se in chirographo debitorem ad diem scripsit, ante diem convenire potest ad hoc, ut chirographum hocce agnoscat & de securitate debiti idonee caveat, vel ad consequendum jus reale immisionem patiat, vid. *Lange d. l. n. 10.* qui ita in foro esse judicatum affirmat.

§. XIV.

Exercitor navis, ut & Dominus negotii, scripturas Magistri navis & Institoris, in iis causis, in quibus ex gestis Magistrorum & Institorum obligantur, recognoscere sunt obstricti, vid. *Nicol. de Passerib. in Addit. ad Lib. II. de script. privat. tit. de apoch. manu debit. conscript. n. 31.* *Cavalcan. Decis. 27. n. 55.*

§. XV.





Non tamen subditi, si Dominus eorum est contumax, neque cognati sine mandato ad recognoscendum admittuntur, quoniam Recognitio est passus maxime præjudicialis, & speciale desiderat mandatum. *vid. §. 12. b. c. Add. Joh. Georg. Nicolai in Proc. p. I. c. 53. n. 6. & Carpz. Lib. III. Resp. 11. n. 16. seqq. Dissent. Ruland. tr. de commissar. p. II. lib. 5. c. 27. n. 13.* Quæ assertio eo quoque extenditur, ut, licet dictæ personæ cautionem de rato præstare velint, ad recognoscendum tamen non admittantur: hæc enim cautio defectum mandati specialis non supplet. *Vid. Joh. Zanger de Exception. p. II. c. 8. n. 38. Carpz. tit. V. proc. art. 6. n. 67. Struv. Exc. VII. th. 28. in fin. Lange in proc. c. 19. n. 27. Dn. Svendend. ad Fib. p. 247.* Ratio est, ne scilicet una in causa duo concurrant singularia, & defectus specialitatis per aliam specialitatem suppleatur. *Carpz. d. art. 6. n. 68. & L. III. Resp. 8. n. 12. & 13.*

§. XVI.

Heres etiam nomine coheredum absque speciali mandato non potest documenta literaria recognoscere. *vid. Carpz. Dec. 206. n. 4. seqq. & in proc. tit. V. art. 2. n. 38. sqq. Brunnem. ad l. 15. ff. de reb. aut jud. possid. n. 10.* licet de rato cavere velint, ob rationes §. præc. adductas: In Camera Imperiali contrarium observari testatur *Ruland. d. tr. p. II. L. 5. c. 39. n. 13.* Ex eodem fundamento socius in causa communi pro socio sine speciali mandato documenta producta recognoscere nequit: & sic pronunciatum est in judicio Mercatorum Lipsiensium Anno 1683. verb: daß Besl. den libellirten contract



§ ( 17 ) §

tract zur Gnüge recognosciret/ er ist aber auch wegen M.  
M. sich gebührend zu legitimiren und ermelden contract zu  
recognosciren schuldig, vid. Dn. Rivin. in Specim. Except.  
for. c. VII. n. 17. seq.

## §. XVII.

Antequam a subjecto recedamus, hæc quæstio ad-  
huc est expedienda, an is, qui ab editione documenti  
liberatur, exinde a recognitione ejusdem, si id aliunde  
obtineatur, immunis sit? Negative quæstionem hanc  
decidit tum serenissimus Saxonix Elector in fin. Tit.  
XXVI. O. P. vid. ibid. D. Ziegl. p. 165. in f. add. Dn. Sven-  
dend. ad Fib. p. 703. § seq. tum Ernestus Dux Saxo Go-  
thanus in der Goth. Proc. Ordn. p. I. c. 10. §. 34. in fin.

## CAPVT III.

considerat

*Recognitionis Objectum.*

## §. I.

**A**ccedimus nunc ad thematis nostri objectum: *Ob- 2. objectiva*  
*jectum* absolvunt documenta, quæ sunt recogno-  
scenda, & quidem, sive in processu ordinario, sive  
in summario adhibeantur instrumenta, recognitio eo-  
rundem locum invenit. vid. Finckelth. *obs.* 117. n. 8. Brun-  
nem. *ad l. 15. ff. de reb. aut. jud. possid.* n. 12. Fibig. in  
*Proc.* p. I. c. 2. m. 3. §. 16. diverso tamen modo ac diver-  
so etiam effectu. Obtinet enim recognitio in Proces-  
su ordinario; demum post litem contestatam. Carpz.

C

p. 2.



*P. I. C. 17. def. 9.* Berl. *P. I. concl. 43. n. 35.* Mev. *P. VI. Dec. 195. n. 4.* In exceptionibus tamen litis ingressum impediuntibus hoc observare nemo obstringitur: Cum enim hæc ante litem contestatam opponi possint. *Ord. Pr. Sax. tit. XI. §.* Es wären dann. Goth. *Pr. Ordn. P. I. c. 2. §. 11. add.* Berlich. *P. I. concl. 18. n. 37. seqq.* Struv. *Ex. XLVI. ad ff. th. 9.* etiam pro earum demonstratione documentorum productio, Carpz. *P. I. C. 17. def. 10. n. 2.* & consequenter recognitio admittitur. *Ord. P. S. tit. XXIV. §. fin.* Jure Imperiali liberum actori relinquatur, an instrumenta & probatoria sua in primo statim termino & una cum libello producere, an vero ea ad secundum terminum velit reservare. vid. *R. I. de anno 1654. §. 35. & §. 39.* In ordinario processu insuper necesse est, ut documenta applicentur ad certos articulos. *O. P. S. tit. XXIV. §. 1.* Goth. *Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 23.* in executivo autem documenta statim una cum libello offeruntur & ad recognitionem producuntur. Carpz. *d. C. def. 10.* Effectus quoque recognitionis alius est in ordinario processu, ubi non statim post recognitionem definitiva sententia sequitur, Goth. *Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 25.* alius in executivo, ubi definitiva post factam recognitionem fertur. *O. P. S. tit. XXIV. §. fin.* vid. *Dn. Svendend. ad Fib. d. l. p. 706. seq.*

§. II.

Maxime vero necessarium est, ut ea documenta, quæ ad recognitionem producuntur, adversus Productum aliquid probent; alias enim ille eorum recognitione aut jurata diffessione merito non est onerandus. *O. P. S. tit. XXV. §.* Weil es auch, verb. allein ehe es. Goth.



§ ( 19 ) §

Goth. Pr. Ordn. P. I. c. 20. §. 27. Carpz. P. I. const. 17. def. 25. Nicol. cum allegat. in Proc. p. I. c. 53. n. 3. Lange in Isag. ad Proc. c. 50. n. 17. Ziegl. ad d. t. O. P. S. p. 160. Martin. ad §. 2. d. t. n. 114. seq.

§. III.

Deinde requiritur, ut documenta producantur originalia ; Copiæ enim sive exempla nihil plane probant absq; suis originalibus, l. 2. ff. de fide instr. Auth. si quis in aliquo. C. de edendo. c. 1. X. de fid. instr. Hahn. ad Wesenb. tit. de fid. instr. n. 11. in f. Mynsing. Cent. VI. obs. 73. Carpz. in Proc. tit. XIV. art. 5. n. 16. Mev. P. VIII. Dec. 237. Dn. Martini ad d. §. 2. O. P. n. 6. Illustr. Dn. Stryck. in tr. de cautel. Contract. Sect. 11. c. 7. §. 14. Ideoque ob §. præc. adducta, copiæ non sunt recognoscendæ. add. Dn. Svendend. ad Fib. p. 790. Dicuntur autem copiæ sive exempla, Germ. Copen / Abschriften / quæ a privato ex authenticis descriptæ sunt. Lauterb. in Comp. Jur. tit. de fid. instr. p. m. 426. Interim assertum nostrum suas patitur limitationes, quas hic proferre nimis longum foret, collegit eas Dn Martini d. l. n. 20. multisque seqq. Illud tamen sicco pede prætereundum non est, quod copiæ, quarum originalia documenta ab hostibus ablata vel igne deperdita sunt, si juramento a producente confirmantur, recognoscendæ sint, licet non pro originalibus: (dissentit Dn. Svendend. ad Fib. p. 602.) Post factam quippe recognitionem & oppositas a recognoscente exceptiones, judex an plene, ut originalia, an vero non probent, iudicare debet.

§. IV.

Ad documenta vidimata propero. Est autem





*instrumentum vidimatum*, Germ. *vidimirte Abschrift*, quod auctoritate Magistratus vel Notarii jurati ex authentico descriptum est. *Lauterb. d. p. 426.* Circa hanc descriptionem statim se offert quaestio, an in vidimatione a Notario facienda privati ejusdem sigilli appositio sufficiat? Affirmative hanc quaestionem decedit *Carpz. Lib. III. Resp. 85. n. 22.* licet hoc assertum non sit extendendum ad instrumentum originale a Notario conficiendum aut confectum, ubi necessario sigillum Notariatus requiritur. *Dec. Elect. Sax. XX. §. so ist unser ernstlicher Wille* &c. ibique *Joh. Philippi obs. 3.* Ut autem ad principalem controversiam, an scilicet documenta vidimata recognoscenda sint? descendam, sciendum est, instrumentum auctoritate Magistratus vidimatum, quia plene probat, *Struv. & alleg. Ex. XXIX. th. 31.* omnino esse recognoscendum. De vidimato vero a Notario, diversae sunt Doctorum opiniones. *Brunnem. in Proc. Civil. c. XIX. n. 33.* arbitrio judicis id relinquit. *Dn. Martini ad §. 2. tit. XXIV. O. P. S. n. 10. seqq.* sine suo originali non probare asserit, eamque *n. 14. seq.* addit limitationem quod in Saxonia, si ab adversa parte recognitum fuerit tale documentum, semiplene probet, ac juramento suppletorio locum faciat, sed an sit recognoscendum, nullibi ab eo deceditur. *Carpzovius Lib. III. Resp. 81. n. 3. seq. & in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 47. seqq.* intrepide ob verba Electoris Saxoniae *in tit. XXV. O. P. generalia*, hanc quaestionem affirmat, non enim sequitur, instrumentum non plene probat, ergo non est recognoscendum: Praeterea laudatissimus *Carpz. d. l. n. 52. de documentis a Judicii Notario ordinario in Aula. Electro-*



Electoralis, von Lehn-Secretario, vidimatis notat, quod illorum recognitio in supremo Appellationum iudicio tota die partibus injungi solet. Concesit quoque invictissimus noster Imperator, Leopoldus vere Magnus, singulare privilegium Illustri Domino Samueli Strykio, ICto nostra ætate famigeratissimo, in diplomate Comitivæ suæ die 10. August. Anno 1672. exarato, ut scil. documenta ab ipso tanquam Comite Palatino vidimata, in iudiciis plenam fidem habeant, ipsisque tanta esse debeat autoritas, ac si a Principe vel alio Imperii nostri statu vidimata essent, quod ipse Vir Illustris in *tr. suo de Cautel. contr. Sect. II. c. 7. §. 16.* adducit.

§. V.

Si documentum in lingua peregrina ad recognoscendum producat, non simpliciter ad eiusdem recognitionem Productus adigi potest, sed quando is recognitionem denegat, per sententiam illa sub hac conditione imponitur, ut prius in sermonem vernaculum per interpretes juratos (unum vel plures, pro ut partes inter se convenerint) vertatur instrumentum. Carpz. P. III. Dec. 234. n. 2. seqq. Berlich. P. I. concl. 44. n. 34. seq. In Camera quoque interdum pronunciat, documenta in lingua exotica conscripta in vernaculam esse vertenda ac postea producenda. Conf. Blum. in Proc. Cam. tit. LI. n. 22. & 23. Si igitur versione facta amplius illorum recognitio denegetur, tunc iterum per sententiam hæc injungitur, vid. Dn. Svend. ad Fib. p. 672. seq. & quidem sub poena recogniti. Non sine causa dictum est, versionem documenti in linguam vernaculam ab interpretibus juratis fieri debere, hoc etenim necessario requiritur,





177 X  
§ ( 22 ) §  
runt. vid. Carpz. *dict. Decis. n. 8.* & sic in caasa Gott-  
fried Auerbachs contra Nicol Eichelbergern ex Scabi-  
nato Lipsiensi in clyto ad Pratorium Lipsiense Anno  
1682. responsum est: würde Jobst Busch seine Überset-  
zung derer *documenten sub A. B. & C.* vermittelst Endes  
bestärcken / und daß solche mit denen *Originalien* richtig  
übereinkömen / schweren / inmassen billich geschicht / so wä-  
re Befl. dieselbe zu *recognosciren* / oder dessen *principal*  
endlich zu *diffitiren* pflichtig. B. R. W. Limitamus ta-  
men hanc sententiam cum Carpzovio (1) nisi partes  
interpretibus juramentum remittant. *d. l. n. 18. seq. (2)* vel  
Notarius juratus interpretis vice fungatur. *ibid. n. 20.*  
*seq.*

§. VI.

Quamvis autem in terris Saxonis non tantum  
privata, sed & publica documenta recognoscenda sint.  
*O. P. S. tit. XXV. §. 1. verb. Alle. Dec. Elect. Sax. LXXIV.*  
*Goth. Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 27. verb. sie seyen privata*  
*oder publica & P. II. c. 2. §. 1. seq. Carpz. P. I. c. 17. def.*  
*20. L. III. Resp. 82. n. 5. & in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 17.*  
*seqq. Ioh. Philipp. ad d. Dec. obs. 1. n. 18. seqq.* Excipiun-  
tur tamen sententiæ, decreta & recessus judiciales, hæc  
enim documenta recognitionem non desiderant, sed  
statim executive ex iis agitur. *Erled. der Land-Gravam.*  
*de anno 1661. tit. von Justitien-Sachen. n. 1. vers. so wol-*  
*len wir. Dec. El. XII. vid. Dn. Svendend. ad Fib. Proc. p.*  
*710. Philippi ad Dec. Elect. II. obs. 7. n. 2. & ad Dec.*  
*LXXIV. obs. 1. n. 29. seqq.* Hinc cautela hæc advocatis  
notanda, ne recognitionem talium documentorum ex-  
poscant, *Philippi ibid. n. 35. seq.* Tandem & hoc est ad-  
den-



dendum, quod Iure Saxonico jurata diffessio in documentis publicis non admittatur. *Dec. El. LXXIV.* ibique *Beat. Philippi obs. 2. Carpz. Lib. III. Resp. 82. § in Proc. tit. XIV. art. 3. n. 48. seqq.* *Svend. ad Fib. p. 735.* *Illustr. Dn. Stryk. Jntr. ad prax. for. c. XIX. §. 7.* *Ziegl. ad tit. XXV. O. P. S. p. 157. in fin.*

## §. VII.

Ea, quæ jam dicta sunt de instrumentis publicis, ad Saxones spectant; Iure enim communi & camerali privata tantummodo recognoscuntur scripturæ, quæ sententia fundata est in *l. 4. ff. quemadmod. testam. aper. add. Auth. si quis caute. C. qui potior. in pign. hab. Rec. Imp. de Anno 1654. §. beneben bleibt. 25. verb. auch im fall. junct. §. hätte denn Kläger. 39. verb. auch in puncto recognitionis.* vid. *Dn. Martini cum allegat. Anton. Fabri, Menoch. Coler. Nicol. de Passerib. Mascard. Klok. Brunnemann. ad §. 2. tit. XXV. O. P. S. n. 20. adde Berl. P. I. concl. 44. n. 30.* & sic extra Saxoniam publicorum instrumentorum recognitio non desideratur. vid. *Carpz. p. 1. c. 17. def. 20. n. 1. seq. § in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 9. seqq.* *Berlich. Part. 1. concl. 44. n. 31. Mev. P. IV. Dec. 147. n. 9.* *Illustr. Dn. Stryk. Jntr. in prax. for. c. XIX. §. 7. in fin.* Nec in foro Lubecensi recognitio documentorum publicorum est necessaria. *Dn. Martini d. l. n. 24. ut & Hamburgensi, item hodierno Magdeburgico n. 25. & in terris Anhaltinis ibid.* Adeoque ibidem executio decernitur sine prævia recognitione. *Berlich. P. 1. concl. 81. n. 26.* Per se enim jure communi plenam faciunt fidem. *l. 11. C. qui potior. in pign. Nov. 73. c. 8. Ruland. d. tr. P. II. lib.*



§ ( 24 ) §  
lib. 5. c. 39. n. 22. Carpz. d. def. 20. n. 2. Philippi ad Dec.  
El. LXXIV. obs. 1. n. 12.

§. IIX.

Quamvis autem jure communi scripturas tantum proprias, non alienas, nimir. quæ ab eo, contra quem producuntur, neque exaratae, neque sigillatae sunt. Carpz. in Proc. d. art. 2. n. 54. Dn. Svendend. ad Fib. p. 713. seq. recognoscendas esse, cum aliis putet Dn. Martini ad §. 2. tit. XXV. O. P. S. n. 46. Vsum judiciorum tamen contrarium, ut scil. alienæ quoque recognosci debeant, introduxisse notat. Mev. in tr. von wucherlichen Contracten P. II. c. 11. §. 9. p. 147. Quod & in terris nostris Saxonis ubique obtinet. vid. O. P. S. tit. XXV. §. weil es auch. Goth. Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 27. Carpz. P. I. c. 17. def. 21. n. 6. lib. III. Resp. 79. n. 5. seq. & Dec. 38. n. 7. in Proc. d. art. 2. n. 54. seqq. Dn. Martini d. l. n. 43. cum allegat. Illustr. Dn. Stryk. alleg. §. 7. Non tamen antiqua documenta, quæ ob demortuos testes, tabelliones vel alios recognosci nequeunt, opus habent recognitione, sed plene probant, sicque in Camera Imperiali observari tradit Berlich. p. 1. concl. 44. n. 37. seq. quoniam instrumenta mortuorum plus fidei quam vivorum merentur, & Reipubl. admodum utile est, antiqua in dubium non vocari, ne res a majoribus nostris gestæ dum testimonio sic destituuntur, perpetuari nequeant. Illud etiam observandum est, quod in defunctorum vel absentium instrumentis, quæ recognitione opus non habent, comparatio literarum adhiberi possit. Goth. Pr. Ord. P. I. c. 10. §. 30. Carpz. p. I. c. 17. def. 15. Cæterum huc pertinet quæstio, an documentum, quod ex longinquis af-



affertur regionibus recognoscendum sit? Dicendū est cum Berlichio *d.l.n.34.* si producens sit vir famæ integræ juretque instrumentum esse verum & a publica persona confectum, ei fidem adhiberi ac consequenter illud recognosci oportere. Tutius tamen agit Producens, si in rei fidem testimoniale scriptum secum afferat, publico sigillo munitum, per quod testificetur, eum, qui illud documentum scripsit, esse publicum atque legalem Notarium. *ibid. n.35.*

§. IX.

Ceterum documenta obligatoria subscripta solum, licet non sigillata, omnino recognosci debent. Carpzov. *P. 1. c. 17. def. 22. & in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 30. seq.* Nicol. *in Proc. p. I. c. 53. n. 7.* Dn. Martini *& alleg. d. l. n. 39.* & viceversa sigillo tantum munita, sed a sigillante nec scripta neque subscripta, itidem recognitionem efflagitant. Carpz. *d. const. def. 21. & lib. III. Resp. 79. n. 12. seqq. in Proc. d. art. 2. n. 24. seqq.* Nicol. *d. n. 7.* Martini *d. l. n. 37. seq. & alleg. apud Gosvvin. ab Esbach. ad dict. Carpzovii def. 21.* Quin & illa instrumenta, quæ neque subscripta neque sigillata a producto sunt, nomine tamen ejus confecta, debent recognosci. Carpz. *L. III. Resp. 81. n. 15. & in Proc. d. art. 2. n. 24. seqq.* Dn. Martini *d. l. n. 47.* Non tamen recognosci necessum est instrumentum ab eo, cujus nomen in illo plane non extat. Carpz. *d. Resp. 81. n. 21. & in Proc. d. art. n. 41, 43. seqq.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 626. n. 40.* Instrumentum vero obligationis subscriptum a testibus probat etiam absque recognitione debitoris. Carpz. *P. 1. const. 17. def. 24.*

D mo





modo ipsorum testium recognitio mediante juramento  
 præcedat. *ibid.* n. 8. add. Nicol. *d. c. 53. n. 3.*

## §. X.

Ad instrumenta vitiosa & falsa, ( de quibus infr.  
*c. V. §. 5.* ) recognoscenda nemo cogendus est, sed qui-  
 libet ad eorum vitia indicanda admittitur. *pr. O. P. I.*  
*tit. XXV.* vid. Dn. Martini *ad h. t. §. 2. n. 121.* Tandem  
 non semper requiritur, ut integrum instrumentum ad  
 recognitionem producat, sed sufficit interdum ali-  
 quam ejus partem, ( einen Extract ) quæ ad probationem  
 facit, producti. vid. Carpz. *P. 1. c. 17. def. 5. & plures al-*  
*legat.* ap. Gosvvin. ab Esbach. *ad h. def.* Si itaque  
 litigatores instrumenta producant, quæ ex parte il-  
 lis contrariantur, utique per hanc productionem  
 sibi nocent: omne productum enim in judicio cense-  
 tur per producentem approbatum. Carpz. *d. c. def. 7.*  
*n. 1.* Hinc loco cautelæ notandum est, ut ista solum  
 pars instrumenti, quæ prodest producenti, producat.  
 Aliam quoque cautelam commendat idem Carpz. *d.*  
*def. 7.* ut scil. Advocati protestentur, se velle instru-  
 mentis productis non aliter uti, quam in quantum pro-  
 se faciunt; hæc enim protestatio protestantis jura con-  
 servat, efficitque, ut in favorem partis adversæ instru-  
 mentum productum fidem haud faciat. Dissidentes  
 vide apud Gosvvinum ab Esbach *ad alleg. Carpzovii*  
*def. 7.* Hanc suam tamen sententiam limitat Carpz.  
*d. c. def. 8.* in casu quo pars adversa præsens est, idem-  
 que instrumentum etiam pro se producit.

CAPVT



# CAPVT IV.

exhibet

## Recognitionis documentorum Formam.

§. I.

**A**Ntequam formam aggrediar, ad quam modus, tem- 2. FORMAM.  
 pus & locus pertinet, prius de necessitate recogni-  
 tionis agam. Et quidem iis in casibus, ubi illa requi-  
 ritur, in judiciis maxime Saxonis, omitti plane nequit.  
 vid. B. D. Ziegler *ad saepe alleg. tit. XXV. O. P. S. p. 158.*  
 Joh. Philippi *ad Dec. El. LXXIV. obs. 1. n. 8.* Sine reco-  
 gnitione enim instrumentis privatis, & in Saxonia pu-  
 blicis quoque, nulla fides est habenda. *supr. c. III. §. 6.*  
 Quin de ejus defectu post sententiam etiam opponi  
 potest. vid. Lange *in Isag. ad Proc. c. 50. n. 2.* Ac quam-  
 vis in instrumento recognitioni sit renunciatum, daß  
 des Debtors Brieff und Siegel ohne vorhergehende reco-  
 gnition geglaubet und darauf die Execution angestellet wer-  
 den solle/ea tamen adhuc necessaria est & renunciatio ista  
 nullum habet effectum: quia eadem facilitate quis ad  
 renunciandum induci potest, qua ad confitendum, arg.  
 eorum, quæ de renunciatione exceptionis non nume-  
 rata pecuniæ a DD. traduntur & fallax creditor eo-  
 dem dolo, quo scripturam falsam pingere, recognitionis  
 quoque renunciationem subjungere potest. Illustr. Dn.

D 2

Stryck





Stryck *in Disp. de Cautel. abund. in contract. c. 3. n. 36.*  
 Quin imo de ipsa renunciatione constare nequit, nisi  
 instrumentum, in quo hæc scripta est a debitore, pro  
 suo fuerit recognitum. vid. *Carpz. P. I. c. 17. def. 23. & in  
 Proc. tit. XIV. a. 2. n. 72. seqq.* Brunnem. *in Proc. Civ. c.  
 XIX. n. 37. in fin.* Nicol. *in Proc. P. 1. c. 53. n. 2.* Philip-  
 pi *ad Dec. Elect. II. obs. 6. n. 12. seq.* Dn. Svendend. *ad  
 Fib. p. 714. in f. & seqq.* Dissent. Coler. *de Proc. Execut.  
 P. 3. c. 1. n. 137.* & novissime Illustr. Dn. Stryck. *in tr. de  
 Cautel. Contract. Sect. II. c. 7. §. 12.* Limitatur tamen sen-  
 tentia nostra 1) nisi a testibus, minimum duobus, do-  
 cumentum sit subscriptum & ab illis mediante juramen-  
 to recognitum. *vid. supr. c. III. §. 9. in fin.* add. Dn. Sven-  
 dend. *d. l. p. 716. in m. & seq.* 2) nisi confessio aut a-  
 lius actus veritatem documenti comprobaverit. Nicol.  
*d. l.*

§ II.

In Processu ordinario documenta ad recognitio-  
 nem post litis contestationem; in summario vero statim  
 una cum libello offeruntur. *vid. supr. c. III. §. 1.* Non  
 tamen ad recognoscendum adigendus est reus, quando  
 actor nondum remotis exceptionibus dilatoriis proba-  
 tionem suscepit, offerendo articulos probatoriales cum  
 copiis documentorum, sed quamdiu exceptionibus di-  
 latoriis ab actore non est satisfactum, reus documenta  
 producta recognoscere non tenetur. *arg. O. P. S. tit. XI.  
 §.* Es soll aber gleichwohl, *ibi.* wie dann Befl. sich mit  
 Klägern nach vorgeschüßten *dilatorischen Exceptionen,*  
 auf vorhergehende anderweitige Ladung/weiter einzulaf-  
 sen.



sen nicht schuldig seyn / bisz vom Klägern dem *judicato*,  
was ihm solcher *Exceptionen* halber zuerkand / ein Ge-  
nüge geschehen. Add. Fürstl. Sächs. gemeine Hoffg.  
Ordn. c. 22. §. wie dann auch die *Advocaten* / verb. Wo-  
ferne nun Beklagter ic.

§. III.

Modum quod attinet, terminus ad documentum  
producendum pariter, atque citatio expresse ad reco-  
gnoscendum, (citatio namque causam continere debet.  
vid. Struv. *Ex. V. ad D. th. 11.*) tam in Processu ordinario,  
& tum in probatione *O. P. S. tit. XX.* Fürstl. S. Hoffge-  
richts *Ordn. tit. 26.* Goth. *Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 1.* tum in re-  
probatione. Goth. *Pr. Ordn. d. c. 10. §. 14. & 16.* quam sum-  
mario peti debet. *O. P. S. tit. XXV.* Magdeb. *Pr. Ordn.*  
*de anno 1652. c. 36. pr.* In termino deinde assignato  
documentorum productio ut fiat, eorundemque peti-  
tur recognitio, necessum est. Illustr. Dn. Stryck *Intr.*  
*ad Prax. for. c. XIX. §. 7.* Formulas in Processu ordi-  
nario suppeditat Nicol. *in Proc. P. I. c. 52. n. 1.* Dn. Sven-  
dend. *ad Fib. p. 673. in fin. & seq.* D. Ziegl. *Intr. ad Proc.*  
*for. Sax. c. 10. §. 31.* In Executivo vero fit hoc modo :

Kläger N. N.

Erscheinet vor dem Hochfürstl. Ambte ausgegange-  
ner *citation* zu folge / und will seine *contra N. N.* bereits  
eingegebene und in *Actis fol.* befindliche Klage *cum pe-*  
*rito & annexis clausulis* von Wort zu Wort anhero re-  
D 3 peti-





petiret haben / erwartend / wie Beklagter die hiermit in  
originali producirte obligation sub A. recognosciren werc  
de. 16.

Mit Vorbehalt 16.

§. IV.

Petendam esse recognitionem §. *prac.* dictum est:  
Sed an recognitionis faciendæ specialis petitio necessa-  
ria sit? quæritur; Iure communi id quidem requiri,  
patet ex *Rec. Imp. de Anno 1654. §. beneben bleibt. 35. verb.*  
*der Documenten recognition bitten. & §. hätte dann der*  
*Kläger. 39. verb. auff des Klägers erfodern. item §. weiß*  
*in Befl. 45. verb. recognition begehren 16.* Moribus  
tamen Saxonis hoc non videtur necessarium esse, uti  
ex *tit. XXV. § Weil es auch. generalitate satis evincitur,*  
*verb. daß ein jeder die briefliche Urtunden / welche sein*  
*Gegentheil wieder ihn produciret 16. zu recognosciren ans*  
*gehalten wird / ubi ne verbulo recognitionis petitio*  
*requiritur. Add. Magdeb. Pr. Ordn. de anno 1652. c. 36.*  
*§. 1. & de anno 1686. c. 35. §. 1. vid. Joh. Philippi ad Dec. E-*  
*lect. Sax. II. obs. 6. n. 8. seqq. Carpz in Proc. tit. XIV. art.*  
*2. n. 12. seqq. & L. III. Resp. 80. n. 9. & pluribus rationi-*  
*bus hanc sententiam firmat Dn. Martini ad §. 1. d. t. O.*  
*P. S. n. 29. seqq. Quin Judicem ex officio recognitio-*  
*nem a producente non petitam injungere debere, ne*  
*scil. actus productionis sit frustraneus, Saxones existi-*  
*mant. Carpz. dd. II. Nicolai in Proc. P. I. c. 53. n. 1. Philip-*  
*pi ad Dec. El. noviss. LXXIV. obs. 1. n. 9. Dn. Svendend.*  
*ad Fib. p. 710.*

§. V. Fie





Fit autem recognitio vel expresse, vel tacite siue præsumptive (de quo modo *infr.* §. 13. agerur.) Si expresse, iterum fit vel in genere vel in specie. *vid. supr. c. I. §. 6.* Quoquo vero modo quis vult recognoscere, debet documentorum vitia in sigillis vel alibi apparentia indicare, & petere, ut ista ab Actuario in actis consignentur. *O. P. S. tit. XXV. in pr. Goth. Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 26.* In Camera etiam, quando instrumenta producantur, eorundemque recognitio petitur, pars adversa vitia instrumentorum statim indicare, & sic recognoscere vel diffiteri debet; requiritur præterea, ne ad recognitionem tam longum tempus, ut ad alia agenda, pro termino petatur, nisi Judex Camerae ex justis causis longius concedat spatium. *vid. Concept. der Cammerge- richts-Ordnung (editum a Jacobo Blumio Spira 1679. in fol.) P. III. tit. 22. §. 1.*

## §. VI.

Expressæ recognitionis requisita legitima a Docto-ribus afferuntur sequentia 1) ut ea fiat in iudicio. *vid. infr. §. seq.* 2) ut fiat bona fide, non fraudulenter in præjudicium creditorum. *Berlich. P. I. concl. 44. n. 8. Dn. Martini in Comment. ad §. 2. t. XXV. O. P. S. n. 74.* 3) ut recognoscens non solum scripturam & sigillum pro suis agnoscat, *Martini d. l. n. 78.* sed etiam fateatur voluntate sua id appositum esse. *Berlich. d. l. n. 9.* præterea 4) fateatur, quod contenta in scriptura legerit. *Berlich. n. 11. ac §. 2.* subscripserit, sigillumque pro inducenda obli-



obligatione adjecerit. Berl. n. 12. Martini n. 76. nec non 6) nomen suum verum apposuerit. Berlich. n. 13. Add. Lange in Isag. ad Proc. c. 50. n. 42. seqq. Brunnem. in Proc. Civ. c. XIX. n. 37. & tandem 7) ut non tantum subscriptionem sed & ipsam obligationem seu contenta documenti recognoscat. vide Carpz. in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 61. seq. & in Dec. 13. n. 10. Brunnem. d. l. Si quis igitur requisitis istis non observatis recognitionem peragat, melior per sententiam ipsi injungitur recognitione. vid. Ziegl. ad d. t. O. P. S. p. 160. verb. daß es die Hand oder Siegel sey. & Dn. Svendend. ad Fib. p. 724. seq.

## §. VII.

Ad illustrationem horum requisitorum notari meretur, quod recognitio fieri debeat ad mandatum judicis. Berlich. d. concl. 44. n. 56. & quidem in iudicio, Berl. d. l. n. 3. Carpz. in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 76. in quo instrumenta fuere producta. Carpz. P. I. c. 17. def. 17. n. 1. seq. ac causa ventilatur. Id. Dec. 235. n. 4. In executivis vero procesibus coram iudice etiam extra locum sessionis ordinariæ fieri posse putat Ziegl. d. l. p. 158. in pr. Fœminæ quoque in domo sua recognoscere possunt instrumenta coram Notario vel Actuario iudicii a iudice eo misso. vide Carpz. Dec. 9. & in Proc. d. a. 2. n. 85. Berlich. d. l. n. 4. impetrata prius a iudice concessione, quæ vel in scriptis vel oretenus expeti potest. vid. Dn. Svendend. ad Fib. p. 718. seq. Eodem jure fruuntur personæ in dignitate constitutæ. Berlich. ibid. n. 5. Carpz. d. Dec. 9. n. 11. in Proc. d. l. n. 86. illustr. Dn. Stryck



Stryck *Intr. ad prax. for. c. XIX. §. 8.* itemque senes ac valetudinarii. Berlich. *d. n. 5.* Fibig. *edit. Svend. p. 1717.* Carpz. *P. I. c. 17. def. 17. n. 7.* Fieri tamen hoc non potest sumptibus producentis, sed earum personarum, quæ petunt ut recognitio in domo fiat. Berlich. *d. concl. 44. n. 6. seq.* Carpz. *alleg. n. 7. ibique Esbach. Lange in Proc. c. 50. n. 45.* Dn. Martini *ad §. 2. tit. XXV. O. P. S. n. 66. seqq.* Aliud dicendum est, si mulier ut testis in iudicium vocetur, tunc enim sumptibus producentis in domo coram iudice vel actuario testimonium fert. vid. *c. 2. X. de judic. in 6to*

§. VIII.

Coram iudice competente fieri debet recognitio Carpz. *P. I. c. 17. def. 16. n. 2. seq.* Si tamen documenta, quæ in Archivo provinciæ cujusdam vel apud iudicem alium, qui horum editionem detrectat, reperiantur, tunc ab eo, contra quem producuntur, in eo loco, ubi extant, coram Magistratu illius loci vel coram Commissario aut Notario, cui hoc negotium Judex competens committit, recognoscenda sunt. vid. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 80. seqq.* Berlich. *P. I. concl. 44. n. 57.* Dn. Martini *cum pluribus allegat. §. 2. tit. XXV. O. P. S. ad n. 65.* & quidem sumptibus producentis. Martini *d. l.* Quandoque fit in loco iudicii ubi producens domicilium suum habet, præviis requisitorialibus ad illum domicilii iudicem, ceu licet colligere. ex *tit. XVIII. Ordinat. Judicii Mercatorii Lipsiensis (editæ Lipsiæ 1683. in 4)* add. Carpz. *P. I. Const. 17 def. 17. n. 3. 4. & 5. & Dec. 86.* Et ita in causa Michel von Sontau aus Amster-  
E
Dant



Dam contra Jacob Wegnern und Johann Christoph  
 Abrechten coram Jud. Mercatorio Lips. anno 1686. ju-  
 dicabatur. Diemeiln Befl. auff die erhobene Klage ge-  
 antwortet und selbiger nicht geständig / so ist Kläger  
 den Grund derselben in 3. Wochen / Befl. Gegenbes-  
 cheinigung vorbehältlich / zu bescheinigen schuldig / und  
 wird demselben sich des Handelsbuchs / daraus der fol. 3.  
 befindliche *Extract* genommen / dabey zu gebrauchen  
 und solches zu Amsterdam zu *produciren* nachgelassen /  
 er ist aber auch dem Gegentheil zu Bestellung eines An-  
 walds die benöthigten Unkosten zu reichen schuldig.

§. IX.

Sunt quidem nonnulli Doctores, qui statuunt,  
 quod recognitio documentorum fieri debeat mediante  
 juramento, nec nudæ recognoscentis assertioni stan-  
 dum sit, ut Ferrarius Montanus *in Proc. p. 1. lib. 2. c. 5.*  
 Coler. *de Proc. Exec. c. 8. n. 18.* Ruland. P. II. *tr. de*  
*Commiff. Lib. 5. c. 39. n. 10.* Mevius P. IV. *Dec. 147. n. 3.*  
 quos etiam allegat Dn. Martini *ad §. 3. d. t. n. 1.* Sed  
 melior est sententia contraria: Recognitio enim est  
 instar confessionis, confessio autem absque juramen-  
 to fit suosque producit effectus, ergo recognitio sine  
 juramento subsistere potest. Et hæc sententia in Saxo-  
 nia approbata est ac in Judiciis observatur. *Vid. O. P. S.*  
*tit. XXV. §. desgleichen 2c. Resolut. Gravam. de anno*  
*1661. tit. von Justitien. Sachen §. 2. vers. Do aber Klä-*  
*ger 2c. Dec. Elect. noviss. XII. §. Do aber Kläger 2c. Goth.*  
*Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 28. Carpz. P. I. c. 17. def. 12. Ber-*  
*nich. P. I. concl. 44. n. 45. allegati ap. Dn. Martin. d. l. n.*



§ ( 35 ) §

2. Extenditur hoc assertum, quod nimirum nudæ re-  
cognoscentis assertioni stetur, si quis sigilla & scripturas  
suorum parentum vel antecessorum recognoscit. Vid.  
Berlich. *d. l. n. 46.* Aliud vero obtinet, quando per testes  
recognitio fit, hi enim omnino jurare tenentur. *vid. supr.*  
*C. III. §. 9. in f. & infr. §. 15.* add. Berlich. *d. l. n. 47.* re-  
sti enim absque juramento non creditur. *l. 9. C. de*  
*testib.* Illustr. Dn. Stryck *Intr. ad Prax. for. C. XVIII.*  
*§. II.*

§. X.

Recognoscens documenta exceptiones suas, si  
quas habet, vel statim recognitioni annectere, Carpz.  
*in Proc. tit. XXII. art. 3. n. 1. seqq.* Dn. Martini *ad §. 2. d. t.*  
*O. P. S. n. 87.* vel recognitionem salvis exceptionibus  
peragere potest, atque tunc exceptionum deductio in  
disputationibus attestatorum admittitur, etiamsi expres-  
sis verbis in sententia exceptiones haud fuerint reserva-  
tæ. Vid. Dn. Martini *d. l. n. 88.* Hinc cautelam abun-  
dantem esse putat Illustr. Dn. Stryck. *d. tr. c. XIX. §. 8.*  
quando quis salvis omnibus exceptionibus sibi contra  
instrumentum competentibus illud recognoscit, quo-  
niam recognoscendo manum nemo renunciat exceptio-  
nibus competentibus. add. Brunnemann. *Proc. Civ. c.*  
*XIX. n. 35.* Dn. Martini *d. l. n. 89.* In processu tamen  
executivo recognoscens statim post recognitionem ex-  
ceptiones proponere illasque intra terminum saxoni-  
cum instrumentis liquidis vel ipsius partis confessione,  
non vero per testes vel per juramenti delationem, pro-  
bare debet. Vid. *Part. I. Const. El. Augusti VIII. ibique*





Carpz. def. 13. 14. 15. 17. & def. 27. 28. & 31. Erört. der Landesgeb. de anno 1609. tit. von Justitien-Sachen n. 19. §. Diemeil denn dieses Suchen. vers. daß Innhaltß der Landes-Ordnung wieder klare Brieff und Siegel keine *exceptiones* und *Disputationes*, so nicht *in continenti* durch unlaugbare Urkunden / oder sonsten *ex actis* oder *confessione partis* erweißlich seyn / zugelassen werden sollen. In foro quoque Magdeburgico statim in termino Recognitionis *exceptiones* debent verificari. vid. Elect. Friderici III. Magdeb. Pr. Ordn. de anno 1696. c. XLVII. §. 6. *exceptiones* enim altiozem indaginem requirentes in reconventionis iudicium rejiciuntur. Carpz. d. c. def. 26. vid. Eibig. in Proc. P. II. membr. 2. Sect. I. c. 1. §. 9. edit. Svend. p 154. Idem obtinet in terris Magdeburgicis. d. Ord. §. 7. Præterea in Electoratu Saxonix illud peculiare constitutum est, ut in processu executivo reus intra tres hebdomadas a die infinuata citationis & communicati libelli *exceptiones* suas contra instrumentum sibi competentes una cum documentis, per quæ eas probare intendit, iudici exhibeat, hoc igitur neglecto, præter solutionis ac compensationis *exceptionem*, nulla opponi potest. vid. Resolut. Gravamin. tit. von Justitien-Sachen 2c. §. 2. & Dec. Elect. Sax. II. utut *exceptio* proveniat ex natura contractus vel ex ipso instrumento d. Dec. II. Sed hanc juris electoralis dispositionem neque in terris ducalibus saxonis, neque in omnibus, quæ ad Electoratum pertinent, provinciis obtinere a viris experientissimis audivi. Cæterum potentissimus Elector Brandenburgicus in der verbesserten Magdeb. Pr. Ordn. de anno 1696.



c. XLVII. §. 5. idem constituit, ut nimirum intra 14 dies ante terminum recognitionis debitor exceptiones cum copiis documentorum, per quæ exceptiones vult probare, judici in scriptis offerat.

§. XI.

Porro recognitio rite & secundum requisita legum fieri debet. Fit autem non legitime, si addendum omittatur, v. c. si quis manum & sigillum tantum, non etiam contenta recognoscat. vid. Dn. Svendend. *ad Fib. p. 724. seq.* item si omittendum addatur, v. c. si non fiat pure, sed adjiciantur nonnullæ conditiones. *Id. p. 726. seq.* Sufficiens tamen habetur recognitio, quæ fit cum protestatione, nam hæc pro non adjecta habetur. *Carpz. P. I. c. 17. def. 16. & in Proc. tit. XIV. art. 3. n. 21. seqq.* Sufficit etiam relatio ad recognitionem ab alio, v. c. correo, factam. *Svendend. d. l. p. 727. seqq.* Non rite facta recognitione, melior, præcedente producentis petitione (cujus formulam exhibet Dn. Svendend. *p. 723.*) facienda per sententiam injungitur hisce formalibus: *daß Beklagter die sub A. & B. producirte documenta anderer Gestalt und richtiger/ denn geschehen/ zu recognosciren schuldig / vel si respectu nonnullorum documentorum subsistat, daß Befl. die sub A. B. & C. producirte documenta zur Nothdurfft recognoscirt/ er ist aber auch seines Vorwendens ungeachtet / die sub lit. D. & E. zu recognosciren pflichtig. B. R. W. vid. Dn. Svendend. *ad Fib. p. 723.* & Dn. Martini *ad tit. XXV. §. 2. O. P. S. n. 63.**

E 3)

§ XII.





## §. XII.

Facta legitime recognitione semper super ea sententia ferenda est. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 3. n. 6.* Nicol. *P. I. Proc. c. 53. n. 10.* alias non sufficienter documenta recognita probant. Carpz. *d. n. 6.* & Lange *in Isag. ad Proc. c. 51. n. 34.* Tenor autem memoratae sententiae alius est in Processu ordinario v. c. daß Befl. die *sub lit. A. & B. producirte documenta* zur Nothurfft (zur Genüge) *recognosciret.* Alius in executivo, ubi ita solet pronunciari: Diemeiln Befl. die *intern dato & c. originaliter producirte obligation recognosciret*/so ist er auch/ Inhalts derselben/ die *libellirte 1000 Rthl.* nebenst dem von Zeit des Verzugs aufgelauffenen *interesse*, wie auch die in dieser Sache aufgewendete *Unkosten*/ auf vorhergehende *liquidation* und richterliche Ermäßigung / Klägern / bey Vermendung der *Hülffe*/zuerstatten schuldig. *B. R. W. Add. Dn. Martini ad d. §. 2. n. 85. seq.* Formulam sententiae in Processu arresti vide ap. Dn. Svendend. *ad Fib. p. I. membr. 2. sect. 2. §. 2. p. 1211.*

## §. XIII.

Quando is, cui recognitio fuit injuncta, eandem denegat, praecedente producentis petitione, nec non sententia comminatoria ac citatione ad recognoscendum sub poena recogniti emissa, documenta producta pro recognitis declarantur. vid. Dn. Svendend. *ad Fib. p. 723.* id quod pro cautela pro producente observandum



dum est. Berlich. P. I. concl. 44. n. 59. Ob hanc contumaciam recognitio dicitur fieri tacite, præsumtive vel fide. Contumacia enim fictam inducit confessionem. vid. l. 2. §. 7. C. de jurejur. propt. calumn. c. 2. de confessis in 6to. Ordine tamen & hic procedendum est : requiritur videlicet, ut producens adversæ partis contumaciam accuset & documentum pro confessato & recognito acceptari petat, formulam vid. ap. Dn. Martini ad d. §. 2. n. 147. & Dn. Svendend. ad Fib. p. 723. in f. & seq. Deinde præcedat necesse est sententia comminatoria. Carpz. tit. XIV. Proc. art. 3. n. 13. seqq. Berlich. P. I. concl. 44. n. 63. seqq. add. Blum. in Proc. Cam. tit. LXIII. §. 48. daß Befl. die sub lit. A. & B. producirte documenta sub pœna recogniti zu recognosciren schuldig: vel, daß Befl. die sub C. D. producirte documenta zu recognosciren schuldig / in Verbleibung dessen werden dieselbe pro recognitis billig gehalten. B. R. W. Accedit postea nova citatio ad recognoscendum sub pœna recogniti. vid. Dn. Svendend. p. 724. Atque tunc iudex statim, si citationi non paretur, in secundo termino documenta, prævia producentis contumaciæ accusatione, pro recognitis pronunciare potest, licet interdum hoc pro ratione circumstantiarum in tertio demum termino contingat, vid. Lange in Proc. c. 50. n. 68. seqq. Dn. Martini ad d. §. 2. n. 146. qui etiam sequentes sententionandi formulas huc spectantes n. 148. adducit : nempe pronunciat-ur vice prima: daß Befl. seines Fürwendens ungeachtet / die von Klägern sub A. B. producirte documenta zu recognosciren schuldig, altera vice: daß Befl. bey Straffe Ungehorsams die producirten documenta zu recogno-  
sci-





sciren schuldig. *tertia vice*: daß Befl. bey' endlicher Straffe Ungehorsams / oder *sub pœna recogniti* unse-  
ren jüngsthin gesprochenen Urthel nochmalen Folge zu  
leisten schuldig. & *quandoque additur*: und die Unko-  
ßen dieses *termini* auf unsere Ermäßigung Klägern zu  
erstatten schuldig: *ultima vice*: daß nunmehr die von  
Klägern *producirte documenta pro recognitis* billich ge-  
halten werden. In *Executivo* additur, si *documenta*  
*pro recognitis pronunciantur*, dannenhero Befl. In-  
halts derselben die *libellirte 1000 Rthl. Capital &c.* ut  
*supr.* §. 12. vid. *Fibig. & ad eum Dn. Svendend. pag.*  
*1146. seq.*

§. XIV.

*Exceptionem vero patitur hæc sententia in causis*  
*fractæ pacis & aliis causis criminalibus, ubi documen-*  
*ta pro recognitis haberi non possunt, sed requiritur*  
*probatio per testes, vel comparatio literarum obtinet.*  
*vid. Berlich. P. I. Concl. 44. n. 60. Cæterum in ficta hac*  
*recognitione, dum documenta pro recognitis haben-*  
*tur, contumax in expensas simul condemnari nequit.*  
*Carpz. in d. t. Proc. art. 3. n. 10. seqq.* Insuper & hic  
contumax adhuc exceptiones suas, quæ contra instru-  
menta ipsi competunt, opponere potest. *Carpz. P. III.*  
*Dec. 235. n. 16. seqq. & in Proc. d. art. n. 26. seqq.* *Brunnem.*  
*ad l. 15. ff. de reb. aut. jud. possid. n. 11. & in Proc. Civ. c.*  
*XIX. n. 35.* Non enim major effectus fictæ quam veræ  
recognitioni tribuendus est. *Carpz. d. art. n. 38. Brun-*  
*nem. d. n. 35.* Denique de *Commissario* vel alio judi-  
ce delegato addendum, quod is, in contumaciam non  
re-



recognoscentis instrumenta, eadem pro recognitis pronunciare nequeat, sed ad committentem vel delegantem id referre debeat. vid. Berlich. *d. concl.* 44. n. 63.

## §. XV.

Documenta igitur aut recognosci aut jurato differi debent: Si quis autem fidem adversarii sui habeat suspectam, in arbitrio ejus est, an diffessioni ipsius, an vero recognitioni testium rem committere, aut comparationem literarum petere velit. *Magdeb. Pr. Ordn. de anno 1686. c. 35. §. 2. & de anno 1696. c. 35. §. 1.* vid. *Illustr. Dn. Stryck. Intr. ad prax. for. c. XIX. §. 9. & 10.* *Berlich. d. l. n. 48.* *Carpz. P. I. c. 17. def. 14. it. in Proc. d. art. 3. n. 2. 66.* Recognitio per testes sequenti modo expedienda est. 1) Producens articulos cum nominibus testium & copiis documentorum intra terminum saxonicum (qui a momento, quo sententia super oblata testium recognitione lata est, vires rei judicatae acceperit, computandus, vid. *Dn. Svendend. ad Fib. p. 741.*) & in terris Magdeburgicis intra mensem. *Magdeb. Pr. Ordn. de anno 1686. c. 35. §. 2.* exhibet, & Commissarios petit (Formulam habet *Dn. Martini ad §. ult. tit. XXV. O. P. S. n. 8.*) vid. *O. P. S. tit. XXV. §. fin.* *Goth. Pr. Ordn. P. I. c. 10. §. 29.* *Berlich. P. I. concl. 44. n. 51.* *Martini d. l. n. 4.* 2) articuli & instrumentorum copia parti adversae communicantur. vid. *Goth. Pr. Ord. d. §. 29.* ac partes nec non testes citantur. 3) in termino a producente testes producuntur, itemque adversae parti permittitur interrogatoria tam generalia, quam specialia offerre, (id quod in Camera quoque Im-

F

pe-



periali observari testatur Ruland. *de Commissar. P. II<sup>o</sup> lib. 5. c. 39. n. 28.*) *O. P. S. d. §. ult. Goth. Pr. Ordn. d. §. 29. Magdeb. Pr. Ordn. d. §. 2. Carpz. d. def. 14. n. 5. Berlich. d. l. n. 52. seq. Martini cum plur. alleg. d. l. n. 5.* Interrogatoria tamen ista non merita & contenta documentorum, sed duntaxat manus & sigilla, & sic externam solum formam attingant. *O. P. S. d. l. Gothana. d. l. Magdeb. d. l. Berlich. n. 54. Nicol. in Proc. P. l. c. 53. n. 5. Martini d. l. n. 6.* 4) testes jurant, quod super illis documentis sententiam suam, pro qualibus ea habeant & agnoscant, fideliter manifestare & puram veritatem dicere velint. *O. P. S. & Goth. dd. ll. Berlich. n. 50. Martini n. 2.* 5) Addunt nonnulli, ut Moller. *Lib. IV. semestr. c. 43. n. 4. Ruland. d. c. 39. n. 32. & post eos Nicolai d. c. n. 5.* necessarium esse, ut dicant testes, se fuisse praesentes & vidisse illud, de quo quaeritur, scribi. vid. *Berlich. d. c. n. 23. seqq.* Verum rectior videtur sententia contraria, propter verba Electoris in *Ord. sua Proc. d. §. ult. verb. wofür sie dieselbe halten oder erkennen / ex quibus apparet, praesentiam testium in confectione scripturae non esse necessariam.* vid. *Carpz. P. I. c. 17. def. 14. n. 6. lib. III. Resp. 84. n. 2. & in Proc. sit. XIV. art. 3. n. 67. Lange in Proc. s. 50. n. 87. Ziegler. ad Ord. P. S. d. t. in fin. p. 160. in f. Illustr. Dn. Stryck. Intr. ad prax. for. c. XIX. §. 10.* Illud quaeritur, an quis in termino, quando productus ad juratam diffensionem paratus est, adhuc testes ad recognoscendum offerre queat? Affirmatur. vid. *Berlich. d. l. n. 49. Illustr. Dn. Stryck. d. §. 10.* In processu tamen executi-



vo hac recognitio per testes locum plane non invenit.  
vid. Dn. Svend. *ad Fib. p. 739. seq.*

§. XVI.

De Compatione literarum pro dignitate materiae  
agere institutum nostrum non permittit, interim mo-  
nendum est, eam caute esse instituendam. Vid. Illustr.  
Dn. Stryck. *d. tr. §. 9.*

CAPVT V.

listit

*Recognitionis Documentorum*

*Effectus & Contraria.*

§. I.

**R**estat nunc, ut de effectibus & contrariis recognitio-  
nis documentorum agamus. Effectus recognitio-  
nis expressæ est, ut privata instrumenta recognita vim  
instrumentorum publicorum consequantur, per text.  
& DD. a Rulando *tr. de Commiss. P. II. lib. 5. c. 39. n. 2.*  
adductos: Add. Joh. Brunnem. *in Proc. Civ. c. XIX. n. 40.*  
Ut tamen recognitio fidem mereatur, requiritur ut ea  
sit justa ac legitima. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 2. n. 61.*  
& *P. I. c. 17. def. 16. n. 1.* Et quidem contra scribentem  
vim probandi habet; nullum enim documentum, li-

*2. Effectib.*





cet recognitum a scribente, pro illo probat. vid. Beat. Dn. Struv. *Ex. XXIX, tb. 25.* ubi exceptionem de libris Mercatorum adducit. Recognitio præterea plenam facit fidem contra eum, qui confitetur, instrumentum manu sua esse scriptum, licet cætera neget. Ruland. *d. l. n. 33.* atque hoc in casu onus probandi incumbit neganti, ut aut probet aut jurato diffiteatur, contenta in scriptura non esse vera. vid. Lange *in Isag. ad Proc. c. 50. n. 57.*

§. II.

Recognitionem affirmativam vim propriæ confessionis habere, DD. communiter tradunt. vid. Carpz. *P. I. c. 17. def. 12. n. 8. & P. I. c. 20. d. 13. n. 3. it. in Dec. 38. n. 3. ac in Dec. 133. n. 2. Dec. 206. n. 3. it. in Resp. L. 3. Resp. 127. n. 10. Mev. P. IV. Dec. 147. n. 4. Philippi ad Dec. El. LXXIV. obs. 1. n. 2.* ac instrumenti recogniti eundem esse effectum qui judicati, tradit Carpz. *P. I. c. 32. def. 4. n. 7.* proinde in confessum perinde ut in judicatum parata datur executio. *l. 56. ff. de re jud. l. 6. ff. de Confess.* Philippi *d. l. n. 6.* Hinc post recognitionem statim decernitur solutio, & ea non secuta executio. vid. Coler. *de Proc. Exec. P. I. c. 3. n. 99.* Moller. *Lib. IV. semestr. 43. n. 1.* Mev. *ad Ius Lub. lib. III. tit. 1. art. 1. n. 20. & P. III. Dec. 172. n. 4. seq.* Brunnem. *ad l. 1. ff. de fid. instr. n. 6.* Illustr. Dn. Stryck. *de Cautel. Contr. Sect. II. c. 1. §. 35.* Et quidem in Saxonia in processu executivo injungitur solutio binnen einer Sächsischen Frist bey Vermeydung der Hülffe / in ordinario vero processu non statim post recognitionem sententia definitiva fertur, sed admit-

tun-



XVII.

tuntur Reprobationes ac Disputationes super probatio-  
ne. *vid. supr. c. III. §. 1. Add. Nicolai in Proc. P. 1. c. 53.  
n. 11.*

§. III.

Tacitæ sive fictæ recognitionis, ubi scilicet ob  
contumaciam instrumentum productum non recogno-  
scentis illud, pro recognito pronunciat, idem qui ex-  
pressæ est effectus, eademque habet vires tale docu-  
mentum, ac si vere fuisset recognitum. *vid. saepe alleg.  
Ruland. P. II. lib. 5. c. 39. n. 5. Recognitio etiam facta  
per testes (de qua C. IV. §. 15. dictum est) plene probat,  
& sic eundem effectum ac si recognitio a productio ipso  
facta esset, habet. vid. Ruland. d. l. n. 34.*

§. IV.

Contrarius recognitioni est 1) Error. *arg. l. 116. §. 2. Dissen-  
fin. ff. de R. I. Confessio enim vel recognitio erronea taneis.*  
non præjudicat recognoscenti. *vid. Caspar Klock tr. de  
contribut. c. XX. n. 72. 2) dolus malus. arg. l. 3. §. ult. ff.  
pro socio l. 5. C. de rescind. vendit. 3) vis ac metus. arg.  
l. 1. ff. quod met. caus. Cæterum recognitio plane non  
est necessaria, nec decernenda, quando adversarius  
ipse veritatem documenti approbat, idque vel facto,  
vel verbis, quia 1) frustra requiritur, quod nihil o-  
peratur. 2) non opus est ei fidem conciliare, cui ipse  
adversarius fidem habet. 3) supervacua decet omittere.  
& tandem 4) iudicis est, amputare lites. *vid. Mev. P.  
IV. Dec. 64. Brunnen. ad l. 15. ff. de reb. autor. jud. poss.**

n. 7.

F 3

§. V.





## §. V.

Declinari porro potest recognitio instrumentorum, quod ea vel existimentur falsa 4) per exceptionem falsi: vel quod plane sint incognita 5) per juratam diffessionem. vid. Dn. Martini *ad §. 1. tit. XXV. O. P. S. n. 92.* Præsumitur autem falsitas e. g. (1) si instrumenta rupta & lacerata sint. vid. Dn. Martini *d. l. n. 12.* (nisi casu fortuito aut dolo adversarii rupta vel lacerata esse constet, aut cancellatio sit in tali parte, quæ non reddit instrumentum suspectum, tunc enim producens iis nihilominus uti potest. Ruland. P. II. L. 5. c. 29. n. 11. add. Struv. *Ex. XXIIIX. tb. 33.*) (2) ex rasura. Struv. *d. l. Martini d. l. n. 14.* & quidem in loco suspecto, v. c. in expressione anni, mensis aut diei, sive in substantiali aliqua parte contractus vel actus. vid. Ruland. *d. c. n. 29.* (3) ex diversitate atramenti. Dn. Martini *d. l. n. 17.* (4) si recens scriptura inveniatur in veteri charta de facto antiquo, aut instrumentum in charta recenti scriptum pro antiquo vendideretur. vid. Riccius *Dec. Neapol. P. II. Dec. 10.* Porro (5) suspectum habetur instrumentum maculis conspersum. Mart. *d. l. n. 18.* & falsum (6) ex diversitate manuum. Id. *n. 19.* aut si additiones in margine aliena manu scriptæ reperiantur (7) ex diversitate literarum. Mart. *n. 20.* (8) si sigilla corrupta aut fracta. Id. *n. 21.* si (9) sculptura non sit cognoscibilis vel non conveniat dignitati scribentis. (10) si literæ discordent a nomine illius, cujus in scriptura fit mentio (11) si producens non sit vir bonæ famæ, aut solitus falsa instrumenta producere. Vid. Nicol. *P. I. c. 53. n. 15.* add. Ever.



XVIII.

§ ( 47 ) §

Everhard. *de fide instr. c. V. n. 54.* Brunnem. *in Proc. Civ. d. c. XIX. n. 44. seq.*

§. VI.

Si igitur falsitas hac ratione praesumatur, exceptio falsi opponi potest, (cujus formulam exhibet Dn. Rivin. *in spec. Except. for. c. ult. n. 4.*) Antequam vero ista exceptio opponatur, circumspicte excipiens indicia examinet, an ea ad formandam inquisitionem sint sufficientia, his namque deficientibus, is qui falsi arguitur, injuriarum actione contra excipientem experiri potest. *Mev. tot. Consil. 72.* Quod si praesumptio falsi sit evidens, inquisitio, suspensa interim causa principali, decernitur. *vid. l. ult. C. de ordine judic. ibique Brunnem. Dec. Elect. noviss. LXXXVIII. & ibi Joh. Philippi. & ita pronunciatum esse a Dnn. Scabinis Lipsiensibus Anno 1685. testatur Dn. Rivin. d. l. n. 5.* Dissentit *Mevius in tr. von wucherlichen Contracten P. II. c. II. §. II.* putans principalem causam hoc casu non suspendi. Illud tamen negari nequit, quod inquisitio interdum locum non habeat, sed juramentum purgatorium producenti confestim injungi possit: *Er muß schweren daß die sub dato &c. producirte obligation, vel documentum sub A. allerdings richtig und keine Befehde dabey vorgegangen oder gebraucht worden.* *Vid. Nicolai in Proc. P. I. c. 53. n. 15.* Vti e contrario, quando fortior praesumptio pro instrumento guaranteegiato militat, rejecta exceptione falsi in reconventionem, executive ex tali instrumento agitur. *Dn. Rivin. d. l. n. 10. & seq.*

§. VII.



§. VII.

Declinari posse recognitionem documentorum per juratam diffessionem, dictum est *supr.* §. 5. add. Carpz. *in Proc. tit. XIV. art. 3.* Magnif. Dn. Svendend. *ad Fib. p. 729. seq.* Quoniam vero hunc diffessionis articulum tam plene, ut ipsum recognitionis thema, prosequi neque ratio instituti, neque temporis brevitatis patitur, ideo hic pedem figo. Quod si non ubique rem acutigerim, Te quoque, Lector prudens, hominem esse memento. Interim Deo immortalis, ex quo omnia proficiscuntur bona, sit laus, honor ac gloria in æternum.



2 VII

VON 7

M.C.





sedés parj  
tous Vos  
gouverne  
marquen  
Ain  
ai entrep  
Serenislic  
oeil favo  
avec très p

Mon

De V

neurs de  
e, le sage  
ministres

motifs j  
Altesse  
de d'un  
qui est

ne

-fidele

nidt.

